



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii  
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

**Geismar, Justus Moritz von**

**Coloniæ Agrippinæ, 1691**

Ad tit. XI. de infantibus & lang. expositis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62259)

## AD TIT. IX.

*De Apostatis & reuerantibus  
Baptisma*

**R**egularis deferens habitum coopertum, nisi justus timor excuset, est apostata. Thom. Trivis. *lib. 2. de cis. 19.*

## AD TIT. XI.

*De Infantibus & languidis  
expositis.*

**G**raviter peccant parentes, qui sine justa causa prolem hospitali, vel locis publicis exponunt. Busenb. *lib. 3. tr. 3. c. 2. dub. 2.*

## AD TIT. XII.

*De Homicidio.*

**O**bserva ex Busenb. *lib. 3. tr. 4. cap. 1. dub. 1.* Directè absque autoritate Divina se occidere non licet; indirectè tamen quandoque licet; hoc est, aliquid facere vel omittere, ex quo præter intentionem mors certè sequatur: quia præceptum conservandi vitam, utpote affirmativum non semper obligat, sed potest omitti propter bonum finem, necessitatem, vel magnam utilitatem. Sic licet etiam se certo periculo mortis exponere pro conservanda corporali integritate. Item licet reo non fugere, etiam se sponte sistere, Carthulianus non tenetur vesci carnibus, si ex morbo mors imminet, nisi comedat. Item non tenetur quis me-

diis duris v.g. abscissione cruris vitam conservare, nisi tamen ea *communis* bono sit necessaria.

Idem *lib. 5. cap. 3. dub. 6.* Ita est inordinatus appetitus vindictæ, sive ex parte modi irascendi, sive ex parte objecti. Si appetas vindictam injustam, vel justo majorem, prior est veniale, posterior ex genere suo mortale: quia est directè contra charitatem. Filias habet in corde: indignationem, tumorem mentis, quo quis morosè excogitat vindictæ vias. In ore clamorem, blasphemiam, contumeliam, maledictionem. In opere, pugnas &c.

*Ad num. 6. in fine adde.* Si ob minas illatas servatur homicidium, an incurratur irregularitas? affirmatur, poniturque casus, quo Clericus cognoverat nuptiam, & quia suspicabatur quòd illa ahum admitteret, minabatur, quòd proderat marito; illa inquit, si feceris, veneno me occidam; cum is imprudenter insisteret dictis, illa sumpsit venenum & periit. Ratio decisionis, quia est homicidium indirectè volitum. Item quia talis minans est par mandati vulnerare, vel consulenti. *Ex cap. fin. h. t. in 6.* Item est similis percipienti, ex qua percussione sequitur abortus. Item ei, qui fugientem detinet, ne fugiat, si sequatur mors.

*Ad num. 16. in fine adde.* Ex Busenb. *lib. 3. tr. 5. cap. 2. dub. 6. art. 3.* Ebrius occidens si non prævidit, non tenetur ad restitutionem. Quia verò occidit Cajum putans esse Maxium, tenetur ad restitutionem: quia actio ista est Cajo injuriosa.

Debet restitutio ratione occisi fieri,  
tan -